





*SUPREMOS HONORES SUOS*  
**VIRO JUVENI**  
 ORNATISSIMO  
**D O M I N O**  
**GEORGIO GOTTLOB**  
**RICHTERO**

SCHNEEBERGA - MISNICO  
 ET  
**PHILOSOPHIA BACCALAUREO**

*Vl. Id. Febr. A. S. M DCC XIV.*

SOLENNITER

**IN ACADEMIA LIPSIENSI**

COLLATOS

GRATULANTUR

**COMMUNITATIS PHILOSOPHICÆ COLLEGÆ.**

*L I P S I Æ,*

LITERIS JOH. CASP. MULLERI



**E**usebii Patrem faciunt suffragia magnum,  
Vel Phoebos minor haud iudico frater erit.  
Ingenium expolias spectans velut artibus  
ardens,

Fallam haud, si fore Te dixero utrique parem.

gr. f.  
Joh. Henr. Ernesti, Poet. Prof. Publ.  
& creandis Magistris h. t. Pro-Cancellarius.

**T**e potuit Patris Venerandi & fratris amati  
Vita in Virtutis sollicitare viam:  
Sed magis ingenium excellens, innataque mentis  
Vis stimulum acrem ad maxima quæque dedit,  
Hæcque animi iussit Te vis conscendere summum,  
Culmen Panosophiæ, hæc ista brabea dedit.

Que Doctissimo Domino Magistro, Amico suo  
& Commensali per quam Dilecto ex ani-  
mo gratulatur.

L. C. Ludovici, P. P. & Fac. Phil.  
h. t. Decanus.

**C**um multi citius Studiorum absolvere cursum  
Atque Viri docti cupiant maturius esse,  
Ut canis e Nilo labris primoribus undas  
Lambunt, & tractant tractandas segniter artes.  
Tu non in studiis velut hi Richtere vagaris,  
Sed solide docti laudem venaris, & inde  
Laurum consequeris, qua non indignus habendus.

Gratulor, atque Tibi prænuncio præmia plura,  
Quæ sic ulterius defudaturus habebis.

Eruditissimi Dni Richteri, Auditoris & Inquilini  
sui æstimatoris honoribus promeritis ap-  
plaudens scripsit.

D. J. Schmidius, Eloqu. P. P.  
& Theol. Extraord.

**T**Otius Europæ requiescere velle videntur  
Arma, & sic Jani claudere templa placet,  
In studiis secus est, ubi unquam deficit hostis,  
Et nocet, arma semel deposuisse sua,  
Tu quia suevisti constans certamen inire,  
Præmia consequeris. Colligo plura sequi.

Clariff. Dno Magistro paucis his applaudit

D. Joh. Burch. Menkenius, Consil. &  
Hiftor. Reg. Hift. P. P. & Collegii  
Maj. Princip. Coll.

**D**er reine Jugend-Glantz bleibt niemahls unbelohnet /  
Ein Jugendhaffter Fleiß ist iederzeit beliebt /  
Denn wer in seinem Thun gar keiner Arbeit schonet /  
Und um Gelehrsamkeit sich grosse Mühe giebt /  
Dem hat Apollo selbst die Lorbern beygelegt /  
Und diese nur allein der Jugend zuerkandt.  
Die heut Herr Richter auch um seinen Scheitel trägt /  
Als die der Jugend Lohn Ihm rühmlich zu gewandt.  
Doch wenn desselben Fleiß sich weiter hin bemühet /  
So hat die Weißheit Ihm noch mehrers zudedacht.  
Je näher einer ja die hellen Sterne siehet /  
Je grösser zeigt sich derselben helle Pracht.  
Wird künfftig Sein Bemühn sich nach der Jugend neigen /  
So folgen dann auf Fleiß die Früchte allgemach /  
Es wird sich auf die Saat die schönste Erndte zeigen /  
Weil sonst die Losung heist / das Gute folget nach.

D. Joh. Christ. Lehmann.  
Phyf. P. P. & Medic. Extr.

**M**ulti se doctos credunt glaucomate cæco,  
Et laude indigne laudis honore cluunt,  
Ast ipsi tandem fumum se vendere produnt,  
Et subito quod fit, mox periisse vident,  
Tu facias, solide quo possis doctus haberi;  
Doctrinæ & merito præmia vera ferēs.

Pauculis hæc novis honoribus ornato Dn. M. Richtero veræ sapientię studium gratulari, ulteriusque commendare voluit

M. Ludov. Christ. Crellius,

Design. Met. & Dial. P.P.

**J**udicium haud raro fertur de rebus iniquum,  
Nam crebro stolidus pro sapiente fuit,  
Stulta alii censent, quæ sunt sapientia vera:  
Sed Tu rite facis Judicis officium,  
A falso verum recte discernere nosti;  
Spuria contemnis, sed bona vera tenes,  
Huic porro in fistas calli, nam fallere nescit,  
Hacce, velim credas, itur ad astra, via.

Clarissimo Dno Richtero supremos in Philosophia honores animitus gratulatur

M. Philippus Olearius,

utriusque linguae P.P.

**J**udicis exequitur partes stipata Camoenis  
Nunc Sophies: statuens præmia digna TIBI;  
Quod Tu judicium, RICHTERE, probaveris ipsi  
Mentis, dum trutinas dogmata sparsa Σοφῶν.  
Esto bonus iudex, & virtus ipsa benignus  
Iudex decernet præmia plura TIBI.

Doctissimo Dn. Richtero parvos honores faustos esse jubet

Gottlob Fridericus Jenichen,

Mor. & Pol. Prof. Publ. nec non Coll. min.  
Princ. Collegiatus.

**W**er klüglich bauen will, der fängt von unten an  
Und denkt nicht ehr ans Dach, bis er den Grund gelegt,  
Wohl dem Studierenden, der gleiche Meinung heget,  
Wohl Dir, Gelehrter Freund, Du gehest diese Bahn,  
Wir sehn schon, daß Dein Bau, den Du so aufgeföhret,  
Wie jetzt ein schöner Erang, so einst das Glück zieret.

Dem Hochgeehrten Herrn Candidaten schreibe dieses aus  
glückwünschendem Gemüth

Ulricus Junius, Mathes. P.P.

— 0 —

78 M 496

ULB Halle 3  
001 618 148



TA-506  
KOP  
B17







SUPREMOS HONORES SUOS  
 VIRO JUVENI  
 ORNATISSIMO  
 DOMINO  
 GEORGIO GOTTLOB  
 R  
 SCHN  
 PHILOSOPHO  
 IN AC  
 COMMUNIT  
 LITER  
 RO  
 ISNICO  
 ALAUREO  
 SIENSI  
 CÆ COLLEGÆ.

